

degenerant, cum inertibus se compliant & multa temerario ausu committunt, qua libertatum ordinem non tantum debonestant: sed & studia interturbant, & vitae famam periculum intentant.

Quo autem istiusmodi perverfos & ignavos homines comparem. Sane nulli magis mihi videntur similes quam apicula genus suum deserenti & ad fucos transcunti.

Apes alias, quamvis parva laboriosissima tamen & artificiosissima sunt animalcula, in quibus urbana veluti elucet sapientia, eo, quod legibus Reipubl. optime instituant. Cum enim primum Reipubl. sit institutum, ut quisque labore suo Reipubl. iuset, in apibus mira est operis observatio.

Cessantem enim inertiam notant, castigant mox, & morte puniunt. Singulorum a. actiones si quod maxime patrie proprium est ad unum commune finem destinatae sunt: communis est illarum habitatio, communis rostratus, omnium unum opificium. Ipe igitur ut laboriosa animalcula, ignavos & inutiles fucos tolerare non possunt. Cum enim suum a natura datum aculeum

ex ignavia occultent, nec eo unquam utantur, eos quam primum in opere expellunt, tandemque sine mora percutiunt. Ejecti igitur & fatis vexati, si non alio, unde satiare possint, inveniunt, alvearia invadunt, ibique quod apes suo labore concesserunt & elaborarunt, abripiunt. Atque ita non in minori copia otiosi, quam laboriosissimum genus apicularum vivunt.

Hoc animadvertens aliqua apicula, eos imitari, nec amplius opus suum facere velle decrevit, ita secum murmurens:

O me stultam & ineptam! qua sic desudo in alveo, nec absque magno labore mihi victum paro, cum longe facilius mihi iustitandi via & ratio praestet cum fucis, qui prope, qui me molliores vivunt & feliciores. Sane non multum abest, ut genus meum deseram, & ad illos transvehem. Quid enim me hic quotidie prociem & assidua opera exanimari concedam? Nolo diutius hic commorari & molestissimam hanc perferre: sed quam primum tantum ad huc seculi pensum a me exigetur, sine longa & ulteriori consultatione ad fucos transceam. Cum igitur pensum ab illa exigeretur, desertis suis ad fucos se contulit, inter quos illo dum fonta suppetente etiam ubique pabulo aetatem satis ut rebatur, comode transegit. Sub frigora autem hyemis fuci in suas lazulas disperguntur, & se quasi sepeliunt inter cavernas. Desertam se igitur a fucis videns apicula, quid ultra faciendum secum reputans, hoc tandem invenit medium: Age, inquias alveare nunc repetam, & ad meos revertar, tantum mihi procul per hanc aetatem mellis congestum confectumque habebunt, quantum ad meam & illarum sustentationem sufficiet, ut itaque viri mihi aliquid elaborandum super fuerit. Sed se ipsam fecellit. Obscuratis enim alveorum foraminibus & ostiis, ut genus suum pervenire non potuit: sed igitur hyemis & autumnales imbris celeriter oppressa, miseram tandem perijt.

Non deum immortalem non intelligunt studia: adulescentes quantum studiorum emolumentum sit suum laborum, quantum noceat studiis conversatio eum inertibus malis ac improbis. Non intelligunt, repetito, aut potius intelligere nolunt, quod adolentem non decet & ornari secundas res inuas, aduersis per se nec utem oblectat, secundas res inuas aduersis per se

Comparatio. cum fucis.

Natura apium.

Plin. lib. 11. cap. 10. Major. Tom. 1. diop. Cunicular. Colloq. 5.

Natura fucorum.

Fabula per Prologopojam

Comparatio. anis.

Membr. 1.

Cic. Oration. pro Arch. de Poesi.

m. St. expon. d. uel. cap. vobis. nem. se.

Richer.

ieris, m. m. deb. in. sac. tes. no. cates. nisi. m. fia. e. sic. sub. me. re. a. cur. at. nos. ant. h. ueniat.

is. ac. ta. quid. dum. centem. on. in. o. som. h. ubi. s. d. in. is. ac. nauis. multi. nt.